



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XII. Idem (a) Vitrosiensi Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

quam sui homicida, ut latè probavi *in cap. 4. de corpore vitiani*. Nec obstat secunda difficultas, cuius solutionem dabimus sequenti commentario.

Suprà traditis obstat textus *in cap. non est nos* 10. *Expon. brevi 22. q. 5.* ubi ait D. Hieronymus: *Nom est* 10. *nosfranciscorum arripare, sed ab aliis illatam libe-*  
*ter sustinere;* unde & *in persecutionibus non licet*  
*propria perire manus, absque eo ubi castitas pericli-*  
*tarur; sed percutienti colla submittere.* Et quibus  
deducitur, servanda castitatis causâ licere sibi  
mortem inferre: igitur in præsenzi casu, siue  
sponte, siue casu feminina se præcipitasset, cum  
servandæ castitatis causâ id fecisset, nunquam  
ecclesiastica sepultura privanda erat. Pro cuius  
textus expositione Lessius *lib. 1. de justitia, cap. 9.*  
*dub. 6. num. 23.* & alii, quos refert, nec impugnat Lugo *tom. 1. de justitia, disput. 10. sect. 1.*  
*num. 16.* non reputant inconveniens dicere, quod  
Sanctus doctor in illa sententia fuerit, qua ob  
custodiā virgininitatis asserit, se occidere licere,  
Glossa ista, Turrificem. Bartoli *de dictiōnibus,*  
*dict. 2.* Cenus post *lib. 99. can. sing. 2. num. 4.* Joannes Major *in 4. disput. 15. quæst. 19.* existimatum  
verba illa, *absque eo*, non esse exaudienda exclusivè sed incivile, ut plenique accipiuntur,  
*cap. 4. Canticorum,* in illis verbis, *absque eo, quod*  
*intrinsecus later: & l. meminiſſe. ff. effec. Procons.*  
*l. 1. ff. de pignorat.* Sed his solutionibus omisſis  
descindunt est, nemini licere se intermire, etiam  
ob servandam castitatem, ut docet D. Augustinus  
*lib. 1. de civitate Dei, cap. 26.* aliquando tamen id  
non turpe putari, quia factum fuit ex inspiratione  
divina, ut de Sancta Polonia, qua se in  
rogum injecti, refert Eusebius *lib. 6. cap. 33.* &  
*de aliis D. Ambrosius de Virginibus lib. 3. cap. 2.*  
*Sanctus Chrysostomus homil. de SS. Verenis, &*  
*Prodoce, & homilia de S. Pelagia,* ubi testatur  
multas sacras virgines, ut persecutorum vim  
effugerent, pectora gladiis confodisse. D. Hie-

ronymus *in Iovinianum epist. 1.* & de duabus fo-  
minis in flumen projectis, idem narrat Proco-  
pius *lib. 2. de bello Persico;* & exemplum simile  
præfensi casui refert Bernardinus Scardeonius  
*lib. 2. antiquit. verbis Patav. class. 1. 4.* ubi refert Eli-  
zabetham è ponte se præcipitasse, ut è manibus  
militum pudicitiam ejus attentantibus se cripe-  
ret. Cui Joannes Noventanus Patavinus hoc  
epitaphium posuit.

*Eugeanea in me referens virtute puellas,*  
*Hoc jaceo indignè condita virgo loco.*  
*Nam cū me petret lacrimum miles ad nsum,*  
*Munera possem mori magna fuere mihi.*  
*Disce, age, si quanti conservans virgo pa-*  
*dorem.*

*Pro quo nihil timui perdere corpus aquis.*  
Tales enim feminas inspiratioue divinâ hoc  
fecisse creditur, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 64.*  
*art. 5.* ubi Cajetanus? & alias Gentiles, quibus  
fidei lumen deficiebat, potius ignorantia, quam  
desperationis causâ mortem sibi consivisse cre-  
dimus, ut de Lucretia refert, & probat Ambianas  
*ad Tertul. cap. 4. ad Martyras, observ. 2.* & de  
Cleopatra idem tradit Grocius *lib. 2. de jure belli,*  
*cap. 19. in not.* ubi de virginibus Milesiis agit.  
Unde D. Hieronymus *in dicto cap. non est nostrum,*  
*in illis verbis, absque eo, ubi castitas periclitatur;*  
*accipiendo est juxta exempla proximè relata,*  
*accidente videlicet inspiratione divina;* tunc  
enim ob servandam castitatem, vel similem cau-  
sam licet propriâ petere manu, ut docuit D. Au-  
gustinus *lib. 1. de civitate Dei, cap. 26.* Prole-  
quuntur ipsius textus interpretationem Melana  
*de difficultor. D. Hieron. locis, verbo Occidere se.* Vel-  
los filius *in advert. ad Hieronym. tom. 5. quæst. 2.*  
Theophilus *tom. 4. lig. 3. de vitiis, sect. 3. cap. 1.*  
qui dicta verba D. Hieronymi accipit ita, ut  
Sanctus in eis nihil affirmet, nec probet, li-  
cere ob castitatem servandam suimet ipsius occi-  
sionem.

## CAPUT XII.

Idem (a) Vitroſensi Episcopo.

**S**Acris est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communi-  
cemus defunctis, & ut careant ecclesiastica sepulturâ, qui prius erant ab ecclesiastica uni-  
tate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Unde si contingat inter-  
dum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in ca-  
meterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari  
debent, & procul ab ecclesiastica sepultura jactari. Quod si discerni non poterunt, expe-  
dire non credimus, ut cum excommunicatorum omnibus corpora tumulentur fidelium,  
cum licet non ob sit justis sepultura nulla, vel vilis, impiis tamen celebris, vel speciosa non  
profit.

## NOTÆ.

## COMMENTARIUM.

(a) **V**itroſensi. ] Ita etiam legitur in terra col-  
lectione, sub hoc tit. cap. 3. sed legendum  
est Nitroſensi, ut jam probavi *in cap. sacrī, de his*  
*qua vi, ubi extat alia pars hujus Decretalis.*

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

**E**X fragmento epistola Innocentii III. hic  
relato sequens deducitur disputanda assertio: <sup>2.</sup>  
*Excommunicati non sunt tradendi sepulchra eccl-*  
*esiæ;* & *si de facto intra Ecclesiam sepeliantur,* <sup>Conclu-</sup>  
*citor* *excommunicati sunt, si discerni possint ab aliis fideli-proba-*  
*rum corporibus, alias ibi relinquuntur.* Probant eam <sup>sur.</sup>  
*textus in cap. quicunque 11. 13. quæst. 3. cap. 1.*  
*cap. sanī, 24. quæst. 2. cap. consultut, de consecr.*  
*Eccles. cap. quod in te, de penit. & remiss. cap. su-*  
*per*  
Bbb 2

per quodam, de statu monach. cap. ad hec 5. cap. ut privilegia, de privil. cap. à nobis; el 2. de sent. excomm. cap. Episcoporum, de privil. lib. 6. cap. quicunque, de heretic. cod. lib. cap. is qui, cod. tit. lib. 6. Clement. 1. hoc tit. Alexander III. epist. 40. quae extat inter eas, quas edidit Simeonius, ibi: Prebeat, ne quoslibet excommunicatos ad divina officia, vel sepulnram recipere audeant; & si quis excommunicationis vinculo innodatus sepelierunt, eos appellatione, & coniuraditione non obstante detinulare, & de cemeterio ejicere non postponant. Innocentius noster lib. 1. regestr. 13. epist. 60. ibi: Faceremus de cemeterio ecclastico exhumari. Et lib. 4. epist. 26. ibi: Cemeteria vero, in quibus excommunicatorum corpora per suorum violentiam propinquorum sepulta fuerunt, reconcilianda erunt. Consonant lex 14. tit. 10. lex 8. iii. 13. p. 1. Illustrant ultra congetos à Barboſa in praefenti, & in cap. ad hec 5. de privileg. & de jure Eccles. lib. 1. cap. 10. num. 40. Felicianus Vega in cap. intelleximus 7. num. 25. de iudiciis, Suarez de censur. dispu. II. sect. 4. Spontanus de cemeterie. 1. p. lib. 4. cap. 7. Gutierrez lib. 1. caron. cap. 1. num. 30. lat. Ricciulus de jure person. lib. 4. cap. 6. n. 45. Jul. Lavoris tit. 2. lucubr. cap. 13. num. ult. Bosquetus in notis ad Innoc. III. lib. 1. epist. 60. plures referens Gibalinius de censuris dispu. 7. p. 1. q. 2. fusse Murga tom. 2. dispu. mor. dispu. 3. per totam, Teophilus tom. 14. de litteris monit. lib. 2. cap. 2. fol. 417.

Sed hec assertio difficilis redditur sequenti juris consideratione; certum enim est, criminis morte extingui, & per consequens eorum personarum post mortem reorum celiare, l. defuncto 6. ff. de publico. judic. l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. l. si pena 20 ff. de paenit. l. 1. ff. de privat. delict. l. constitutionibus 33. ff. de obl. & abt. l. sicuti 38. l. pupillum III. ff. de reg. iur. l. 1. & 7. C. si reus, vel accusator, cap. quorundam, 23. dist. cap. admonere 32. quæst. 2. cap. causam, et 2. qui filii sunt legitim. plura Petrus Barbosa in l. filius 15. ff. de iudicis. Decianus tract. crim. lib. 5. cap. 57. Antonius Gomez lib. 3. variar. cap. 1. num. 78. Schifordeg. lib. 1. ad Fabrum, tract. 10. per totum, & lib. 2. tract. 1. quæst. 9. Vega in dicto cap. intelleximus, num. 27. Amaya in l. 10. C. de jure fisci: qui enim ex hac vita decedunt, quasi ad superius tribunal adducuntur. Glosa in cap. 1. 26. q. 7. & sic à iudice humano eximuntur, dicto cap. quorundam, 23. dist. facit Optatus lib. 6. dum in Donatistas invehitur insepultos relinquentes Christianos ibi: Si inter viventes fuerat certamen, odio vestra vel mors aliena compescat; jam rater cum quo paulo ante litigabas; quid insultas funeri? quid impetus sepulturam? Deinde quia in defuncto deest principialis ratio peccata infligendæ, quia, ut ai Confutus in l. pena, ff. de paenit., pena constituitur ad emendationem hominum, que emendatio in defuncto deficit: ergo decadentes in excommunicatione non debent tam gravi penâ puniri, videlicet privatione sepulture ecclastica, aut si jam sepulti sunt, exhumatione; præcipue cum tam immanis sit privatio sepulture: unde de Gentilibus in Christianos faventibus conquerebantur Tertull. in apologetic. cap. 37. Nec mortuis parcunt Christianos, quin illos de requie sepulture, de asilo quodam mortis, jam alios, jam nec totos avellant, discent, disriaham. Lactantius lib. 5. divin. instit. cap. 11. D. Ambrosius epist. 3. contra Symmachum. Augetur

primo hæc dubitabit ratio ex eo; nam quilibet Catholicus haber jus, ut sepeliat in sepulchro majorum, cap. 1. ubi probavi, hoc rit. sed excommunicatione non privat excommunicatum domino rerum suarum, aut juribus sibi competentibus: igitur sepeliri poterit in sepulchro majorum. Secundo adversis rationem illam ab Innocentio ad ductam: Quibus non communicamus vivis, non communicemus defunctis, sic insurgo. Cum mortuis nullum commercium, nullaque communio est, & inter animas à corporibus separatis, & vivos aliena conversatio est, ut probat Abulensis ad D. Mattheum, cap. 25. quæst. 295. ex sanctis Patribus probant Mendoza q. 5. quælibet Martinus Delrio lib. 2. disquisit. quæst. 26. sect. 1. Mortuus enim non est homo, qui homo ex conjunctione animæ, & corporis subsistit, ut docet Innocentius noster in cap. in quadam, vers. Sed adversus, de celebrat. Missarum, Clement. 1. §. porrò, de summa Trinit. ex D. Thome & Arisototele probat Navarrus in Manuali, prelud. 1. num. 11. Ant. Gomez lib. 3. variar. cap. 3. num. 32. ergo non est ratio, quare credamus per sepulturam vivos cum defunctis communicare: unde excommunicationem post mortem non durare docuerunt Holtiensis in cap. ad hec, de privil. Archidiaconus in cap. illi qui 6. quæst. 1. ergo non est ratio, quare excommunicati sepulture ecclastica non tradantur. Accedit etiam, nam si ratio ab Innocentio adducta esset vera, sequeretur, leprosos, cum quibus in vita non communicamus, cap. i. de coniug. lepros. cap. 2. de Eccles. edific. non posse sepeliri in Ecclesia; & fures, raptore, & similes, cum quibus in vita communicamus, posse ecclastica sepulture tradi; cum contrarium certum sit, cap. 2. de furtis, cap. 2. de raptor. cap. unic. de tornante. Ergo non est vera ratio adducta ab Innocentio. Tandem adversus eam partem, in qua docetur, excommunicatorum corpora intra Ecclesiam sepulta exhumanda esse, obitæ; nam defunctorum corpora semel sepulta non possunt exhumari, etiam ut in aliun locum transferantur inconsulto Principe, l. Divi fratres 39. §. 1. ff. de relig. l. 2. ff. de cadaver. puni. probant Fornerius lib. 3. rerum quorundam. cap. 6. Gutherus lib. 2. de jure Pontif. cap. 9. ergo non exhumandi sunt statim excommunicati. Accedit, nam tempore interdicti regulariter nemo intrat Ecclesiam sepeliri potest, Clement. 1. hoc tit. sed si aliquis eo tempore in Ecclesia sepeliat, exhumandus non est, Glosa in cap. si civitas, de sentent. excom. ergo similiter excommunicatus, si de facto in Ecclesia sepelitur, non ideo est exhumandus.

Quibus difficultatibus minimè obstantibus vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, omnes defunctos tradendos esse sepeliri, nisi speciale prohibiti reperiantur sepeliri; et pluribus enim in paenam aliquicujus immanis sceleris commissi sepulture denegatur, que pena non exilis, immo & gravis apud omnes nationes fuit; quare olim viri nisi Biotanathis, & paridis imponebatur, ex Aegesippo, & Jofephio probat Girald. de var. sepel. ritu, pag. 647. quia ex Platoni opinione inculptorum animæ per centum annos aberrare credebantur, nec Acheronte recipi; unde Virgilus ajebat:

Hac omnis, quam cernis, inops, inhumanaque turba,  
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fruenda  
Trans-

Transportare prius, quam sedibus ossa querunt;  
Centum erant annos, volitantque hac litora  
circum,  
Tunc demum admissi flagna exorata reviunt.

Tertullianus de anima, ibi: *Creditum est, infespul-  
tos non ante ad inferos redigi, quam iusta perciperent.*  
Unde iure Romanorum infespulta manebant cada-  
vera eorum, qui proditorii, seu perdules fuerant,  
*I. minime 35. ff. de relig. I. liberorum, §. 3. ff. de his,*  
qui notantur, infam. quod & de aliis nationibus idem  
probat Spondanus de cemeteriis lib. 2. p. 1. cap. 7.  
Item infespulti jacebant paricidae, *I. quod si nulla*  
*10. ff. de relig. I. 9. ff. ad legem Pompejam, latè illu-  
strant Solorzanos de parricid. cap. 22. & 23.* For-  
merius 2. rev. quorid. cap. 16. D. Joannes Ramos co-  
dem tract. d. lib. 2. cap. 7. Item illi, qui sibi mor-  
tem conciverunt, ut probavi superiori commen-  
tario. Etiam sacrī canonibus plures ob majora sce-  
lera sepultū privantur; nam licet aero sancti  
Chrysostomi neminem, quantunvis noxiū, pri-  
vatum esse sepulturā, saltem post unum, vel alte-  
rum diem, ipse Chrysostomus teletetus sermon. 35.  
*in 1. ad Corinthios, contrarium tamen usus invaliuit,*  
ut cum multis docent Carillo in bullam defuncti. 2.  
*p. cap. 4. §. 4. num. 50.* Spondanus de cem. lib. 2.  
tota part. 1. quare sepulturā privari cōperunt infi-  
deles, Judæi, Hæretici, & Schismati, *cap. Ec-  
clesiam 27. crux seg. de confes. disf. 1.* etiam post  
mortem detecti fuerint, *cap. sanè 24. q. 2.* item  
eorum defensores, & receptatores, *cap. sicut ait, de  
heretic. excommunicati notoū, & vitandi, ex hoc  
textu, & suprà citatis.* Item interdicti nominatio, *cap. in nostra, hoc sit. cap. cim in partibus, de verb.  
sign. Clement. I. de heretic. & id, quibus est Eccle-  
sia ingressus prohibitus, cap. is cui, de sentent. ex-  
com. lib. 6. blasphemii, cap. statutus de male dic.  
monachi proprietarii, cap. super, de statu monach.  
raptore impudentes, cap. super eo, cap. in literis,  
de raptor. fures, & latrones, qui in furando occi-  
duntur, cap. 2. de furris, decedentes in torneamen-  
tis, cap. 1. de torneam qui in duello, seu singulari  
certamine occisi fuerint. Concilium Trident. sess.  
15. de reform. cap. 19. Concilium Frising. anno  
1440. can. 10. Prefanti coniunctione duximus inhibendum universis clericis nostra diocesis, ne suspenso  
patibulo, decollatos, vel alios qualitercumque sententia  
mortis traditos in torneamentis studio publicis spectaculis, aut alios occisis, vel fabio defunctos, qui non  
eodem anno confessi, vel alias in mortalibus peccatis  
morte preventi fuerint, vel non recuperint Eucharis-  
ticia Sacramentum, nisi de consilio Sacerdotum du-  
xerim abstinentiam, tradere presumant ecclesiasti-  
ca sepultura absque licencia nostra. Incendiarii,  
qui odio, vel malo studio ignem appulerunt,  
*dicto cap. in literis, de rapt.* item qui decimas à  
laicis acceptas Ecclesie non restituunt, *cap. pro-  
hibemus, de decimis:* qui absque causa abstinent  
à communione Eucharistie ultra annum, nisi signa contritionis ostenderint in morte, *cap.  
omnis, de paup. exenterantes cadavera, extra-  
vag. detrahibili, hec tit. inter communes:* refert  
Joannes Major in 4. disf. cap. 45. quest. 4. Tan-  
demque omnes publici peccatores decedentes  
notoriè in ipso peccato, ut sunt usurarii, con-  
cubinarii, & meretrices, *cap. quibus. cap. non  
exsimemus 13. quest. 2. cap. quia in omnibus, de  
usuris, cap. quanquam, eodem titul. in 6.* Et olim etiam ecclesiastica sepultura denegaba-  
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.*

tur illi, qui presbyterum tutorem designasset in  
testamento, *cap. neque, disf. 88.* & sanctimoniali  
irreligiosi viventi. Concilium Rhemense sub  
Eugenio III. apud Baronium tom. 12. anno 1148.  
omnes enim supra relati, cum psalmis, & cantu  
juxta veterem Ecclesia morem, quem illustrat  
Theophilus tom. 13. in Heterocl. p. ult. quest. 4.  
*fol. 529.* & oblationibus prohibent ad Eccle-  
siam deferri, & clerici eos ad sepulturam suffici-  
entes, excommunicationem incurront, sive ex-  
empti sint, sive non. *Clement. I. hoc tit. immò*  
& exemptos excommunicatos sepellentes potest  
Episcopus punire, ut latè probat Gibalinus de  
*censuris disquisit. 7. quest. 2. fol. 224.* de quibus  
omnibus prohibitis sepeliri in Ecclesia inte-  
grum tomum edidit Murga tom. 2. *disquisit.  
mor.*

Deinde sciendum est, non esse in morte com-  
municandum cum quibus non communicabat. Cum  
tur in vita; & nefas esse cum illis communicare quibus  
post obitum, cum quibus fas non erat preces <sup>commu-</sup>  
nicandere, *cap. quicunque 12. q. 3. cap. sanè 24.* in morte  
*quest. 2. cap. ad bac 5. de privil. juncta integra*  
ibi: *Quoniam grave sit ei in morte communicare,*  
quos dum viventes, Ecclesia à suo finu pro suis ex-  
cessibus segregavit. Nec solum oratione, verum &  
sepultura cum defunctis communicatur; sepul-  
tura enim res spiritualis, seu actus spiritualis  
est; unde latè videtur cum defuncto communi-  
car, qui illum sepulturæ ecclesiastice tradit:  
immò & per sepulturam infra eandem Eccle-  
siam inter eosdem defunctos communionem dari,  
latè probat Spondanus de cemeteriis lib. 4. p. 1.  
*cap. 7. per totum;* & id suadetur nonnullis gra-  
vissimis exemplis. D. Gregorius lib. 2. dialog. 23.  
in miraculis Sancti Benedicti ait de duabus  
sanctimonialibus, quibus ipse sanctus ob lingue  
intemperantiam excommunicationem communi-  
natus fuerat; cum ipse pristinis moribus nihil  
mutare, brevi diem obeunte, sepulta in Ecclesia  
essent, quotiescumque in ea Ecclesia Missarum  
solennia celebrarentur, atque ex antiquo more  
diaconus clamaret, *Si quis non communicat, det  
locum;* vias eas esse de sepulchris suis progre-  
di, & exire, quoisque à sancto Benedicto ab  
excommunicatione absolute fuerunt. Etiam re-  
fert Joannes Moscus in Prato Spirituali, *cap. 40.*  
Cosinam Abbatem Lauram, virum singularis re-  
ligionis, ac fidei, sepultum fuisse in monumen-  
to ubi sepultus fuerat quidam Episcopus occul-  
tus hæreticus, & singulis noctibus auditum  
fuisse clamantem, *Noli me tangere hæretice, ne  
approponiques mihi, inimice sancte catholice fidei.*  
Alia tradit Spondanus ubi suprà. Aequissimum  
ergo est; ut corpora eorum; quos peccata in  
barathrum detrudunt; longè segregentur à sepul-  
chris eorum, quos pietas ad celum evehit; &  
non communicentur cum mortuis; cum quibus in  
vita non communicabamus.

Et quibus jam appetat vera decidendi ra-  
tio ad nostrum textum; nam cum omnis com-  
munioni prohibita sit cum excommunicatis jam à <sup>Tradit.</sup>  
temporibus Apostolorum in can. 11. ibi: *Si quis deciden-  
tum excommunicato simul eraverit, communione di-  
privetur;* & *cap. sicut Apostol. cum sequenti. 11. q. 3.*  
Rectè statutum est, ne excommunicatum sepul-  
tura ecclesiastice tradamus, ita in divinis com-  
municare non licet: sepultura enim; si atten-  
dimus locum, si inspicimus divina officia; quæ  
B b 3 in

in exequiis celebrantur, si orationes, quas fundit Ecclesia, consideramus, actio spiritualis est; unde non licet in ea cum excommunicato communicare, nec illi defuncto debet in Ecclesia ingressus permitti, cui in vita prohibitus erat. Pro cuius rationis illustratione expendo Marcianus responsum in l. 2. ff. de cadaveribus punit, ubi ait Consultus, cadavera eorum, qui in insulam relegati, aut deportati erant, non posse etiam post mortem intra civitatem transferri, & sepeliri, quod & agnovit Ovidius lib. 3. Tristium eleg. 3.

*Quantum erat, o magni perituro parcere Divi!*

*O saltem patria contumularer humo.*

*Inveger hanc potius nuper bene reddere vitam,*

*Exul ut occiderem nunc mihi vita data est.*

Et licet tempore Ovidii licuisse corpus defuncti relegari ab insula efferti, & in patriam sepeliri, existimet D. Nicolaus Antonius de exilio lib. 1. cap. 15. contrarium tamen, & recte, docuerunt Albericus Gentilis in lech. Virgil. cap. 2. D. Josephus de Retes ad l. 4. ff. de interdict. & releg. & in addit. Nec contrarium docuit ipse Poëta in vers. sequent. ibi:

*Offa tamen facio parva referantur in urna,*

*Sic ego non etiam mortuus exul ero.*

*Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebanam pa-*

*rentum*

*Supposuit tumulo, Rege verante soror.*

Nam ibi Ovidius tantum intendit suadere coniugem, ut furtive offa sua in patriam reducat; unde ait, ut in parva urna offa referantur, ut facile furtim in patriam possint aportari: quod & suadetur exemplo Thebanæ sororis, quo utitur Ovidius, cuius historiam refert D. Josephus de Retes *nbi suprà*. Et hodie exulem non posse sepeliri in Ecclesia sua patriæ, docent Samuellus in praxi de sepult. trah. 2. disput. 1. contr. 6. conclus. 15. Murga rom. 2. disquisit. mor. disquisit. 24. Recte ergo in praesenti deciditur, excommunicatum, qui relegato comparatur, Tertiu. de prescript. cap. 30. quare excommunicationem exilium finitimum dixit Alex. I. epist. 1. apud Turr. lib. 1. contra Magdeburg. cap. 7. ut D. Nicolaus Anton. dicto lib. 1. cap. 7. num. 11. & cap. 13. nu. 14. Illustr. D. Franc. Ramos in syntagma pro Episcop. Lusit. proposit. 3. num. 97. non esse intra Ecclesiam sepeliendum. Exemplis aliarum religionum hoc etiam illustrat Spondens, de cemeteriis lib. 2. cap. 1. facit mos Gentilium, apud quos quemcumque, iratus Jupiter vindicaset, fulmineque percussisset, ut Diis invictis, infespultus projiciebat. Virgilius lib. 2. Eneid.

*jampridem in visus Divis, & inutilis annos  
Demoror, ex quo me Divum pater, atque hominum*

*Rex*

*Fulminis afflavit ventis, & contegit igne.*

Immò eti⁹ excommunicatus defunctus intra Ecclesiam sepeliatur, debet exhumari, tanquam iustit⁹ sepultus, ut contigit aliis, quibus jus sepulturae denegatur, ut de quadam proscripto Senatus censuit apud Livium lib. 48. ad finem, ibi: *Senatus offa ejus monitu Pontificum, tanquam loco sacro non rite posita, inde removit, quamvis & ante, & post multos eodem loco sepelierint. Inde apud Lampridium in Commodo, illa Senatus conclamaciones: Innocentes sepulti non*

*sunt, parricida cadaver extrahatur. Apud Quintilianum declamat. 299. extat declamatio sub hoc titulo: *Offa cruta parricida. Quam exhumacionis praxi, tam apud Gentiles, quam Catholicos receptam, latè illustrat Spondanus de cemeteriis lib. 3. p. 1. cap. 4. cum sequent. Sed si cadavera excommunicati ab aliis fidelium discerni non possint, exhumari non debent, propter confusione, cuiusratione plura permittuntur, quæ alia prohibentur, cap. cum tu. de usuris, c. significasti de homicid. cap. si diabolus. de appellat. cap. quam magnum 23. q. 4. cap. cum se, de fideiis. cap. cum omnibus. 8. dicit.**

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta; licet enim regulariter crimina morte extinguntur, tamen poena semel pro eis imposita durat etiam post mortem. dicit. l. 2. ff. de cadaver. punit. unde cum excommunicatio inflicta est in vita ipsius delinquentis, comitatur ipsum, & durat donec reconcilietur Ecclesia, præcipue cum excommunicatio liget animam, quæ immortalis est, non vero corpus: unde etiam post mortem potest durare; an vero possit & noviter imponi, dicimus in cap. de hereticis. Nec obstat, deinceps hoc casu rationem poenæ, nam in privatione sepultura, licet defini emendatio peccatoris, adeo tamen exemplum, seu terror aliorum, qui dum vident decadentes in excommunicatione ab Ecclesiæ sepultura rejici, & omnibus suffragis privari, arcebuntur à delictis, quæ habent excommunicationem amnexam; & si forsitan in eam incident, reconciliationem ante mortem effigabunt. Nec obstat augmentum primum ipsius difficultatis, quo moti Lutherani, Calvinisti, & alii Novatores, exstinxerant, ob heresim neminem privandum esse jure sepultura ecclesiastice; quos docte refellit Spondanus in suo perdocto tractatu de cemeteriis sacris, quem hujus erroris refellendi occasione, magnâ eruditione plenum in lucem edidit; is enim lib. 4. p. 3. cap. 1. ait: justè eos privari sepulchrus majorum, nec amplius dici posse propria sepulchra; siquidem aut commercium, aut communionem cum illis non est; quia doctrina etiam ad excommunicatos sepulturâ privando, etiam in sepulchrus majorum, satis propriè adaptatur. Nec obstat secundum augmentum ipsius difficultatis; quamvis enim revera corpus defuncti non sit capax communionis spiritualis, quia tamen eundem hominem repræsentat, & supponit in vivente fusile jus ad sepulturam, quæ actio spiritualis est, tum propter divina officia, quæ in exequiis celebantur, tum propter orationes, quas effundit Ecclesia; inde si non licuit orare cum vivo, quomodo cum eo defuncto licebit communicare? Qui invis enim non admittit anima, quæ tantum dici potest excommunicatione ligata, adeo tamen corpus, quod hujusmodi anima vivificavit, vas, & organum fantæ, per quod infelix anima sceleris commisit, quæ excommunicationem meruerunt; corpus enim ipsam personam excommunicatam repræsentat: unde justè Ecclesia decrevit cum eo communicandum non esse per sepulturam ecclesiasticam. Nec obstat augmentum hujus difficultatis ex casu leprosorum deductum; nam licet Abbas Parvorum, in praesenti textu existimaverit, leprosos non esse admittendos ad sepulturam cum aliis fidelibus, ideoque in cap. 2. de Ecclesiæ adiſc. statui, ut leprosi habeant sibi speciale Ecclesiæ cum cemeterio; tamen contrarium communiter docetur à repetentibus in praesenti. Nec tunc obstat ratio ab Innocentio

tio hinc adducta; nam causa prohibita communonis cum leproso non est perpetua, sed temporalis, propter infirmitatem, qua cessat per mortem; unde deficiente causâ prohibitionis, cessat prohibitio; causa enim est metus contagii, qui post mortem dari non potest; unde leprosi poterunt cum aliis fidelibus in Ecclesia sepeliri, nisi propter factorem, vel similem causam habent cæmenterium proprium, quia tunc in eo debent sepeliri. Nec quid de furibus, raptoribus, & aliis dicebamus, obstat; nam cum illis prohibita non est communio in vita, propter spem penitentie, quæ cum dicit post mortem, siélo illi publici peccatores, qui impenitentes decadunt, privantur sepulturâ Ecclesiasticâ. Nec obstat secunda difficultas suprà expensa; nam principium illud juris procedit, quando defunctorum corpora sunt perpetuae sepultura ritè, & rectè tradita; tunc enim facile non sunt exhumanda, & transferenda in alium locum: at verò cum iustè, & per violentiam sunt sepulta in loco alieno, & competenti, debent exhumari, & exteriori projici, argumento textus in l. is 7. ff. de relig. unde cum in presenti casu corpora excommunicatorum fuissent sepulta in Ecclesia per violentiam propinquorum, & ita iustè, & in loco illis non competente; ideo jubentur exhumari, & extra Ecclesiam projici. Nec argumentum deducetur ex casu fidelis sepultus tempore interdicti aliquid facit; nam nullibi legitur statutum, ut tempore interdicti sepultus exhumetur, nec id provenit ex natura interdicti; unde cum pena sint restringenda, ideo pena in praesenti non est protracta ad fideles sepulitos tempore interdicti, ut docet Gibalinus de censur. disquis. 2. 1. p. in fine.

<sup>8.</sup> Sed superiori assertione obstat textus in cap. à nobis 28. de sent. excom. ubi proponitur, Petrum excommunicatum, per aliquod tempus signis paenitentiae datis, sed ante absolutionem decepisse, quæsumus fuit, an sepeliendum esset in Ecclesia, & pro eo orandum esset? Cum questione Innocentius III. respondit, illi succurrentum esse per absolutionis beneficium, sepeliendumque cum esse intra Ecclesiam, quia quoad Deum fuit absolutus, licet quoad homines excommunicatus decepsit. Ex quo textu aperte deducitur, decadentem in excommunicatione, cum quo in vita non communicabamus, sepeliri posse intra Ecclesiam, & per consequens cum ipso in morte communicari posse. Cui difficultati ut satisfaciat Barbosa in capite ad huc 5. de privil. discrimen agnoscit inter excommunicatum decadentem datis paenitentiae signis, iam sepultum; & adhuc sepulture non traditum: primo casu non exhumandum, sed absolvendum esse affirmat; secundo verò cau non esse sepeliendum intra Ecclesiam. Sed hæc solutio aperte convincit ex eo, nam si ille excommunicatus, quia paenitentia signa dedit, non est exhumandus; quare etiam non est sepeliendum, cum eadem ratio militet in uno casu, ac in alio. Quare haec solutio omisssâ verius dicendum est, praesensis textus decisionem non habere locum, cum excommunicatus absolvitus fuit, velin ipso mortis articulo, vel post mortem, quia dedit signa contritionis; excommunicatio enim, sicut alia quilibet censura, tamdiu confert suum effectum, quamdiu manet; tamdiu vero durat, quamdiu

non tollitur per absolutionem, quæ potest imparti vel in ipso mortis articulo, cap. final. hoc tit. vel post mortem, ante, vel post humationem. Gibalin. de censur. pag. 1. disquisit. 4. quest. 9. corol. 5. Igitur cum excommunicatus, qui signa paenitentie in vita dedit, possit absolvit etiam post mortem, recte in dict. cap. à nobis, docetur, ejus corpus posse in Ecclesia sepeliri, quia talis absolutio retrotrahitur ad tempus, in quo dedit signa paenitentie, & per eam declaratur decepisse absolum, atque intra gremium Ecclesiae: quare cum possint alii fideles cum eo in vita communicare, quid mirum, ut etiam post mortem per sepulturam cum eo communio detur? Et excommunicatum in foro interno absolutum, non verò externo, posse sepeliri in Ecclesia, probat Araujo tit. 3. quest. 31.

Secundo superà traditis obstat textus in Clement. L hoc tit. ubi traditum, eos, qui propria temeritatis audacia in cæmenteris publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos sepelierunt, ipso facto excommunicationis sententiam incurre. Ex quo textu expreße deducitur, excommunicatos occulitos impunè posse in Ecclesia sepeliri: ergo licet saltem occulitos excommunicatos ad sepulturam admittere. Pro cuius textus expositione sciendum est, praesensis textus temporibus nullum excommunicatum majori excommunicatione (licet absque ratione ad excommunicatos minori excommunicatione idem protrahat Glossa in dict. Clement. I.) posse in Ecclesia sepeliri, & sepultum esse exhumandum; quod restrictum fuit per PP. Concilii Viennensis in dict. Clement. I. ad publicè excommunicatos; ac tandem per Joannem XXII. in Extravag. ad evitanda, ad denunciatos, vel notorios clerici percussores. Cùm enim tantum cum eis prohibita sit fidelibus in vita communicatio, ita etiam & in morte cum illis tantum inhibita censetur, ut docent Gutierrez lib. I. canon. part. I. num. 30. Suarez de censur. disquisit. 12. sect. 4. num. 5. Ricciulus de iure person. lib. 4. cap. 60. num. 45. Layman, Villalobos, & alii, quos sequitur Gibalinus de censur. 2. part. disquisit. 7. quest. 2. Unde cùm temporibus Innocentii III. cum omnibus excommunicatis, denunciatis, sive non, communicatio fidelibus esset prohibita, ideo nulla adhibita distinctione illis denegatur Ecclesiastica sepultura.

Tertiò obstat textus in cap. 2. de sacrament. non iter. ubi cùm tempore cuiusdam schismatis, (cujus historiam ibi retuli) nonnulli defuncti ab ipsis schismaticis fuissent in Ecclesia sepulti, & quidam clerici similiter schismatici, & degradati celebrarent missæ sacrificium in ipsa Ecclesia, & cum ornamenti Catholicorum, quæsumus fuit ab Honorio III. an defuncti essent exhumandi altariaque denuo consecranda, & ornamenta benedicenda? Et responderet Pontifex, nec corpora esse exhumanda, nec altaria reconcilianda, aut vestimenta benedicenda. Ex quo textu ita conficio argumentum: Schismatici sunt extra communionem Ecclesiae. D. Ambrosius lib. 7. in Lucam, cap. II. ibi: Omnes hereticos, & schismaticos à regno Dei, & ab Ecclesia intelligi separatos; & ideo non Dei, sed immundi spiritus omnes schismaticorum, & hereticorum esse conventus, docuit D. Hieronymus ad epistolam D. Pauli ad Titum, cap. 3. ibi: Inter schismata, & heresim hoc interesse, quod heres

Bbb 4 pervers.

perversum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separaret. D. Augustinus de fide & symbolo, cap. 10. ibi: Quapropter me hereticus pertinet ad Ecclesiam Catholicam, qua diligit Deum, nec schismaticus, qua diligit proximum. Expressus Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 38. ibi: Non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Iudeos, haereticos, & schismatics, qui extra Ecclesiam Catholicam finiunt vitam, in ignem eternum invios. Plura Spondanus de Cameterii part. 1. libra 4. capite 2. & libro 1. part. 4. capite 4. Sed isti semel sepulti non exhumantur: igitur nec excom-

municati exhumari debent. Cui difficultas respondendum est dicendo, in eo textu defunctos sepultos; non satis excommunicatos, vel schismatics, sed fideles laicos, qui fuerunt sepulti ab ipsis schismatics; unde dubitabatur, an defuncti sepulti essent exhumandi, non quia ipsis schismatics decelerant; sed quia tempore schismatis, & ab schismatics fuerant sepulti; quo casu recte ait Honorius, eos exhumando non esse, quia cum eis communicabatur in vita; unde tanquam ritus, & recte sepulti, non debent exhumari. Dicimus in cap. consilium, de confir. Ecclesie.

## C A P U T X I I I .

## Honорий III. (a) Magalonensi Episcopo

**A** Bolendæ consuetudinis, nec non abominabilis corruptelæ apud Montem Pessulanum vicium, sicut dicitur, inolevit, ut videlicet decedentibus non prius permittatur effodi sepulta, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium Ecclesia per solvatur. Quia igitur id longè est à regula pietatis, & ab Ecclesia honestate, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus cùm loci diocesanus existas, inhibeas clericis, ne quidquam omnino presumant exigere hac de causa: injungens laicis, ut laudabilem consuetudinem erga Dei Ecclesiam pià devotione fidelium introductam obseruent, ne fermento haereticæ pravitatis illam corrumpere videantur sub praetextu Ecclesiastica puritatis.

## N O T A E .

(a) **M**agalonensi.] Textus iste in hac Raymundi collectione tribuitur Innocentio III. sed male, cùm non reperiatur inter epistolas ipsius Pontificis, nec in tercia aut quarta collectione: extat vero in quinta compilatione Honori III. sub hoc tit. cap. unic. unde restituenda est ita inscriptio: *Honorius III. Magalonensi Episcopo.* Magalonensis civitas est Provincia Narbonensis in Gallia, in insula maris mediterranei posita, in ditione Arecomicorum, olim Episcopali Cathedra decorata, sed postea ob barbaricas incursionses penitus desolata, unde Cathedra Episcopalis translata fuit in Substantionem, denum in montem Pessulanum à Paulo III. anno 1536. qui mons diffat à mari mediterraneo decem milliaribus, & temporibus Honori III. erat in diocesi Magalonensi, ut constat ex hoc textu, ibi: *Cum loci diocesanus existat.* Scribit autem in praesenti Honorius Bernardo, qui tunc in Ecclesia Magalonensi florebat, de quo plura fratres Sarmat. tom. 3. Gal. Christ. fol. 1.

## C O M M E N T A R I U M .

**E**x hoc textu communiter deducitur sequens assertio: *Pro sepultura in Ecclesia praefanda pretium exigere non debet.* Probant eam textus in cap. quæsta 12. cap. postquam 13. cap. in Ecclesiastico 14. cap. præcipiendum 15. 13. quæst. 2. cap. plerique 7. de patris, cap. ad Apostolicam, cap. suam, cap. dilectoris, de simon. D. Gregorius lib. 7. epistol. 4. indit. 1. epist. 56. indit. 2. Urbanus II. in Concilio Claramont. can. 8. ibi: *Nullus deinceps pro sepultura pretium exigat.* Et in Concilio Placent. can. 14. ibi: *Præcipimus, ut pro chrismate.* &

baptismo, & sepulturis nihil unquam exigatur. Innocentius II. in Synodo Romana, can. 18. ibi: *Præcipimus, ut pro chrismate, olei sacri, & sepulta accepione nullum vendicationis pretium exigatur.* Concil. Meldense can. 72. Metene can. 2. ibi: *Et pro sepultura nullum pretium detur.* Biuricense, can. 2. ibi: *Nullus pretium pro sepultura accipiat.* Tuto. can. 6. relatum post Concil. Lateran. p. 2. cap. 10. ibi: *Pro sepultura nulla cumiam pretii exactio intercedat.* Rhemensis sub Eugenio can. 10. Triburicense can. 16. In Capitul. Caroli can. 21. ita caveretur: *Sepultura gratis concedenda, nec munera quicquam pro ea accipendum.* In Capitul. Heraldi Turonensis ad annum 856. cap. 77. ita legitur: *De venditionibus sepulchrorum, & de his, qui pro sepultura munera exigunt, ut severiter puniantur: & disstringantur.* Concil. Lateran. sub Innocentio III. Ratisbonense s. b. Laurentii Cardinali, can. 5. & 6. D. Hieronymus 99. in Genesim cap. 23. & in constitutionibus Ricalphi Suectioni Episcopi, que extant ad calcem operum Hincmarii, cap. 18. ibi: *Sepultura mortuorum ecclesiastica honestate, & pietate unusquisque presbyter disponat.* & ne pro sepelienda mortuis genia exquiratur. Illustrant ultra congetlos in praesenti à Barbosa, Suarez de relig. tom. 2. tract. 2. lib. 4. cap. 4. Jul. Lavorus iii. 2. lucubr. cap. 10. ex num. 2. pluribus relatis Diana p. 2. resol. tract. 1. resol. 57. Antonius August. in epist. jur. lib. 26. tit. 13. Fridericus Lindembrog. in glossar. legum antiqu. verbo Sepultura pretium. Lemaitre lib. 1. de jurib. Episcop. cap. ult. Manlius sacri juris controv. differt. 29. & 30. & de replici juris collat. cap. 32. P. Gregorius lib. 1. par. titul. 17. cap. 5. Chopinus lib. 2. sacr. pol. titul. 7. n. 19. Vicecomes de ruribus Missa volum. 2. lib. 4. cap. 21. Spondanus de camet. lib. 1. p. 2. cap. 9. num. 3. Baldinus ad novel. 43. Iustin. Barbosa lib. 2.